



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iona Propheta

Luther, Martin

Argentorati

VD16 B 3892

Capvt Tertivm

urn:nbn:de:hbz:466:1-36534

IONA

Quom uiribus destitueretur sup⁶
me anima mea, domini recordatus sum
& uenit ad te oratio mea ad templum
sanctum tuum.

Qui custodiunt uanitates frustra,
misericordiam relinquunt.

Et ego in uoce laudis immolabo ti⁸
bi, quouic persoluam, seruatori dno.
Et dixit dominus pisci, & euomuit
Iona ad aridam.

CAPVT TERTIVM

ET factum est uerbum domini ad
Iona, altera uice, dicens. Surge
uade in Nineue ciuitatem ingentem
et preda*c*ica in ea sermonem quem ego
loquor tibi. Surrexitque Iona & per
uenit usque Nineuen, iuxta uerbum
domini. Nineue autem ciuitas ingens
fuit dei, trium dierum iter continens
Et coepit Iona ingredi in urbem, ter-
tiac*e* eius parte, que unius diei iter co-
phendebat pagrata, clamauit & dixit
Adhuc 40. dies, & Nineue subuertet
credide

IONA

Crediderunt itaque viri Ninevitae deo
& indixerunt iejunium, & induiti sunt
saccis, a magnis usque ad paruos. Ac
cessit autem uerbum hoc regem Ni-
neue, qui mox surgens dethrono suo,
abiecto regio decore suo, sacco se se
obtexit, seditque super cinerem. Et
clamauit & præcepit in Nineue, edi-
cto regis, optimatumque suorum, di-
cens, Neque homo, neque iumentum,
neque bos, neque ovis, uel tantillum
gustabunt, non carpent pascua, nec a-
quas bibent. Et operti sunt saccis &
homo & iumentum, & clamauerunt
ad deum in fortitudine, reuersique sunt
quisque a via sua mala, & ab iniqli-
tate, quæ in manibus eorum, dicentes.
Quis nouit si conuertatur & pœnitit
at deum, & quiescat a furore indigna-
tionis suæ, & non pereamus? Et uidit
deus opera eorum, quod reuersi erât
a vijs suis prauis, & pœnituit deum
mali quod locutus erat ut faceret illis.
& non fecit.

CA.